

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Error h
cum uariis

Quidam eorum qui libenter habent criminari proximos suos, ascribunt nobis et doctrine nostre crimen blasphemie quod a nobis nunquam audierunt. Dicunt enim patrem malicie et perditionis eorum qui de regno eiciuntur, id est dyabolum, me dicere esse saluandum, quod nec aliquis quidem mente captus et manifeste insaniens dicere potest. Sed nichil michi mirum uidetur, si adulteretur doctrina mea ab inimicis et illa corruptione corrumpatur, quali corrupta est epistola Pauli apostoli. Nam quidam sub nomine eius falsam epistolam conscripterunt ut conturbarent Thessalonicenses quasi instaret dies Domini et seducerent eos.

Origines in epistola apologetica sic se excusat.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Error h] Error i P V¹ V² L¹ L²; michi *om.* L¹ L²; quidam] quidem C L²; conscripserunt] scripserunt C; conturbarent] turbarent P V¹ V² L¹ L²